

292.

Ex  
Asceſi Poſthuma,  
Rudi, Algh, ac Doctiſſimi Patris Ignatii  
Clavenau

Exercitiū ſimū, pro recollectione menſtrua.

Arborem ſici habebat quidam plantatam in vinea ſua, et  
venit querens fructus in illa, et non invenit. Luc. 13.

Punctum I. Cogita Parabolam istam de te cantari. Tu  
es arbor illa in vinea Sacrae Religionis plantata. Et quantum  
hoc est beneficium divinae vocationis! ex hoc nullatenus eligi et  
transferri ad Sacram Religionem! meditare quid sit mundus?  
qua sint illius pericula? quanta miseria? quam fallaces spes?  
quam breve gaudium? quid contra Religio? quo illius comoda?  
quanta securitas? felicitas? facilitas? iuvenitas? hic vivis  
homo, pusius, cadis rarius, surgis velocius, incedis cautius,  
innotas frequentius, quiescis securius, moritur confidentius,  
purgatur citius, premiatur copiosius. ait S. Bernardus. Expende  
singula exacte, an non exurgat in te affectus? ut dicas:  
O fons amoris perpetui! quid dicam? quid retribuam pro gratia  
ista? fecisti ultra omnem spem misericordiam cum seruo tuo, et  
ultra omne meritum gratiam et amicitiam exhibuisti. Non enim  
omnibus datum est, ut omnibus delicatissimam monasticam vitam assumant.  
Ex nunc igitur desidero meipsum tibi in simplicitate cordis  
mei in spontaneam oblationem, in servum sempiternum, in obsequium  
et sacrificium laudis perpetua offerre, et tuus perpetuo permanere.

Beneficium Algh  
vocationis.

Punct. II. Cogita finem vocationis tuae, cur et ad quid venisti  
ad Religionem? Nomen ideo, ut Deum amplius agnosceres et  
amares, illique servires? et hic finis plane generalis est. Magis  
autem in particulari, ut in statu paupertatis, castitatis et  
obedientiae arctius te Deo adstringeres? Non igitur venisti ad  
vivendum dies saeculariter bonos: non, ut nullos patereis defectus

Cur venisti?